

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo k  
cum fonte primo

Qui usum uestimentorum primus adinuenit,  
considerauit quod singula queque nascencium propria quedam habeant munimenta,  
quibus naturam suam ab incommodis defendunt.  
Cortex ambit arborem, penna tegit uolucrum, piscem scama operit,  
lana ouem induit, pilus iumenta et feras uestit, concha testudinem excipit,  
ebur elephantem iacula non timere facit.  
Nec tamen sine causa factum est,  
quod cum singula animantium nature sue arma habeant secum nata,  
solus homo inermis nascitur et nudus.  
Oportuit enim ut illis, que sibi preuidere nesciunt, natura consuleret,  
homini autem ex hoc etiam maior experiendi occasio prestaretur,  
cum illa, que ceteris naturaliter data sunt, propria ratione sibi inueniret.  
Multo enim magis enitet nunc ratio hominis hec eadem inueniendo quam habendo claruisset,  
nec sine causa prouerbium sonat, quod ingeniosa fames omnes excuderit artes.

Hugo in didascalicon libro I.

qui usum uestimentorum primus adinuenit,  
considerauit quod singula quaeque nascentium propria quaedam habeant munimenta,  
quibus naturam suam ab incommodis defendunt.  
cortex ambit arborem, penna tegit uolucrum, piscem squama operit,  
lana ouem induit, pilus iumenta et feras uestit, concha testudinem excipit,  
ebur elephantem iacula non timere facit.  
nec tamen sine causa factum est  
quod, cum singula animantium naturae suae arma secum nata habeant,  
solus homo inermis nascitur et nudus.  
oportuit enim ut illis, quae sibi providere nesciunt, natura consuleret,  
homini autem ex hoc etiam maior experiendi occasio praestaretur,  
cum illa, quae ceteris naturaliter data sunt, propria ratione sibi inueniret.  
multo enim nunc magis enitet ratio hominis haec eadem inueniendo quam habendo claruisset.  
nec sine causa prouerbium sonat quod: Ingeniosa fames omnes excuderit artes.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 1.9 (C.H. Buttimer ed., pp.16-17, ll.27, 1-14).